



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quomodò misericordia & gratia Dei opponitur debito, merito & dignitati bonorum operum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

trabis in reguum cœlorum, isti assuunt conditionem legis, & relinquunt conscientiam incertam de remissione: & illa dubitatio maximè euacuat Euāgelium, quod nos gratis pronunciat iustos, etiam si legi non satisfecerimus, modò pœniteamus, & verbo Dei fide hæreamus. Rom. 3. Iustificati gratis gratia ipsius, &c. & in 4. capit. expressè notat particulam, Gratis, quia per hanc notat differentiam legis & Euangelij.

3. Misericordia & Gratia, meritum & dignitas operum hominis, opponuntur. Est enim Gratia, immensa misericordia Dei, quæ nobis exhibetur propter filium eius Christum. At meritum, est promeritum præmium pro operatis laboribus & operibus; merces enim debetur pro iustitia, & est ex gratia vel misericordia, Roman. 4. & 11. Si ex operibus, iam gratia non est gratia. Quia ergo scriptura tribuit gratiæ & misericordiæ Dei propter Christum iustificationem & salutem, Actor. 10. & 15. & omnes homines cupiunt respici ex misericordia & saluari, sequitur quòd meritum operum hoc habere non poterit, nec etiam saniores Doctores hoc credere voluerunt. Nam quotquot vivimus & morimur, semper nos gratiæ & misericordiæ Dei committimus. Habent enim nostra opera alia præmia à beneficijs Christi, quæ Deus propter Christum etiã coronare vult gloria & vita sempiterna. Hęc omnia dicta sunt ad consolationem & certitudinē conscientiæ in re salutis maximè anxiate.

CAPVT XXXXIII.

ARGVMENTA.

1. *Quomodo certant & concordant in Autore Salutaris, id est, Christo, omnes veteres & recentiores.*
2. *Quomodo ydem variant & pugnant de acceptione aut distributione vite aeternæ.*

3. *Quæ*